II

Morbio 26 (37)

In noie dni amen Anno a natiuitate domini nri millesimo quingentesimo sexagesimo die quinto mensis Nouembris Comparuit corã me Petro Van lare als de louanio notario et
tabellione publico et consilium sue maties In Brabantia approbato et In pñtia testium Infrascriptorum Prouidus et honestus Vir Dns Johannes stephanus de ferrarys
filius quondam Dni francisci mercatoris mediolanensis depñti In hac ciuitate Antuerpiensi existens qui ex sua certa et deliberata scientia sponte et omni quo potuit
meliori modo promisit et solemni stipulatione conuenit et hoc pñti Instrumento publico promittit et solemni stipulatione conuenit et sese obligat magco Viro Dno
Jeronimo Ronelasca etiam mercatori mediolanensi In dicta ciuitate Antuerpiensi residenti pñti et Idipsum acceptanti pro se suisque heredibus eundem Dnm Jeronimum
Ronelasca et eius heredes et successores et bona omnia Indemnem Indemnes Indemnia et penitus sine damno et quocunque grauamine quod sibi quomodocunque
et qualitercunque euenire posset conseruare, ratione et occasione talis promissionis et subscriptionis quam dictus magcus Dns Jeronimus Ronelasca pro dicto
Dno Johanne stephano de ferrarys comparente et ad suam Instantiam et requisitione fecit Dno francisco de la croix mercatore pannorum linteorum huius
ciuitatis Antuerpiensis pro summa sexcentarum sexaginta trium librarum tredecim solidorum et octo denariorum grossorum monete flandrica soluenda
Vltimo die mensis octobris proxime futuri anni millesimi quingentesimi sexagesimi primi, obligans pro premissorum plena et firma obseruatione prefatus
Dns Johannes stephanus de ferrarys se Ipsum suosque heredes et successores omniaque sua et Ipsorum bona mobilia et Immobilia pñtia et futura
Vbicunque locorum reperiri poterunt submittendo eadem Jurisdictioni et coerctioni quorumcunque dnorum Judicum et Judiciorum tam fori ecclesiastici
quam secularis Vbi pñtes exhiberi et complementum earundem peti continget, Et Vlterius adhuc pro maiori cautela et securitate prefati Dni Jeronimi
Ronelascha suorumque heredum et successorum ratione et occasione premissorum prefatus Dns Johannes stephanus de ferrarys loco expressi
et specialis pignoris et hypothecæ hypothecauit Impignorauit et obligauit necnon tenore pñtium Irreuocabiliter et In perpetuum cessit et
transportauit dicto Dno Jeronimo Ronelascha pro se suisque heredibus et successoribus eam quantitatem ducentarum et septuagints perticarum
terre spectantium et pertinentium ad dictum Dnm Johannem stephanum de ferrarys sitarum haud procul a Mediolano ad flumen quod Venit
ab Abbiate qui locus communiter dictus est la baytana de ferrary apud Vicum seu pagum dictum Gazan Et que quidem ducente et
septuaginta pertice terre antea silua fuerunt, quomodocunque seu qualitercunque alias dicte pertice terre Juxta suos confines specialius
designari seu describi possent, Dans et concedens dictus Dns Johannes stephanus de ferrarys dicto Dno Jeronimo Ronelascha pro se suisque
heredibus et successoribus plenam amplam liberam generalem et specialem potestatem et baliam cum pleno libero generali et speciali mandato
Vt In rem propriam et absque aliqua reuocatione et In perpetuum, Vt ex nunc et quandocunque dicto Dno Jeronimo Ronelascha Visum fuerit
dictas ducentas et septuaginta perticas terre Vnacum omnibus et singulis earundem appendentys libere et Irreuocabiliter quibuscunque persone
Vel personis pro quocunque precio ad tempus Vel In prompta pecunia soluendo et aliter quomodocunque sub quibuscunque pactis et conditionibus prout
dicto Dno Jeronimo Ronelasca expedire Videbitur et placebit etiam nulla Intercedente Judiciali authoritate seu decreto Vendere alienare
cedere seu transportare possit et Valeat, emptoremque seu emptores huiusmodi In dictis perticis terre Inhereditare siue Inuestire ac In
possessione seu tenuta ponere et dictum dnm Johannem stephanum ferrarium Inde deuestire deque emptione debito et solito more promittere,
etiam cridas si que requirantur Interponere, omnesque alias solemnitates que Juxta Vsum et consuetudine loci requiri possent obseruare,
preciumque seu precia et denarios Inde procedentes petere consequi exigere et recipere In solutum aut Vero In partem solutionis capitalis
summe suprascripte necnon quorumcunque damnorum expensarum et Interesse latorum seu factorum Vel ferendorum et fiendorum quomodocunque
et qualitercunque occasione premissorum, de receptis et non receptis quietare et absoluere Et generaliter omnia alia facere et disponere que et
quemadmodum prefatus Dns Johannes stefanus de ferrarys ante datam pñtium quomodocunque facere potuisset Promittens dictus Dns
Johannes stephanus de ferrarys In manibus mei Notary Idipsum stipulantis et recipientis Vice et nomine omnium et singulorum quorum
Interest Intererit Vel quomodolibet Interesse poterit In futurum premissa omnia omni tempore habere et tenere grata rata et firma et nullo
pacto nec sub aliquo pretextu dicere Venire aut quicque facere aut moliri In contrarium per se Vel alios In Judicio Vel extra de Jure Vel
de facto sub obligatione prout supra Renuncians et quoad premissa derogans omnibus Juribus exceptionibus statutis municipalibus
et quibuscunque alys fauoribus quibus contra premissa se quomodocunque tueri posset Et specialiter Jure dicenti generalem renunciationem non
Valere nisi specialis precedat, Petens et consentiens a me notario super premissis fieri Instrumenta et acta publica Vnum Vel plura
extendenda In amplissima forma Acta sunt hec Antuerpiæ In edibus mei Notary Juxta bursa mercatorum sitis Pñtibus Ibidem
Johanne sexagio et Limm Van Roquegem Incolis dicte ciuitatis Testibus ad hec specialiter Vocatis atque Rogatis

Et Ita ego Petrus Van lare als de louanio publicus sacra Apca et Imperiali auct
Notarius admissus Antuerpie residens attestor manu ppa

P: Van lare notarius Imp:lis

Noi abasso sottoscritti facciamo fede che il sudetto maestro Pietro Van lare, e notario publico et che alle sue scritture si da ampla
fede In Giuditio e fuora desso questo di xxviij di Marzo M D lxj°

Pietro Suecho

Gio. Batta sforgoso [illegible]

15/60. 5 Nov.

63/ Vertrag zwisch. den Mailänder Kaufleuten in Antwerpen.

Morbio 26 (37)

1560 5 Nov

XXIX, 23 #

1560

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877273023-19/fragment/page=0002